



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XX. Merito Clerici Honore afficiendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

MERITO CLERICI HONORE
afficiendi.

Honorandi & iuuandi clerici & praesertim Sacerdotes. §. EX his paulò ante commemoratis, meridiana luce clarius est, qualis quantusq; honor cum clericis aliis, tum praesertim Sacerdotibus habendus sit. In tota anima tua time Dominum, inquit Eccl. c. 7. v. 31. & Sacerdotes illius sanctifica, hoc est, admirare, suscipere, in veneratione habe tanquam sanctos, & Deo consecratos, hinc & Apostolus I. Tim. 5. v. 17. Qui benè praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Quem duplicem honorem Ambr. & Haymo interpretantur reuerentiam & alimoniam, vt iis & obedientia praestetur, & necessaria vitæ ministrentur, vt non contristentur indigentia, & gaudeant suorum obedientia. S. Chrysof. Theod. & Theoph. duplici honore, inquit, id est multiplici, liberali & abundanti sustentationis subsidio remunerentur. Et S. Augustin. hunc in modum exponit. Boni dispensatores & fideles, non solum honore sublimi praeniri debent, sed & terreno, vt non contristentur indigentia sumptuum, & gaudeant obedientia spiritualium.

Sacerdotum immunitas. S. S. Chrysof. homil. 65. in Genes. Mandatum, ait, posuit Ioseph Aegyptiis vt ita tributum penderent Pharaoni excepta Sacerdotum terra Genes. 47. v. 26. Audiant qui nunc viuunt, quantam olim Sacerdotum idolorum curam habuerint, & discant, vt saltem parem habeant honorem iis, quibus omne Dei ministerium creditur, & Sacerdotio insigniti sunt. Artaxerxes Rex Persarum, I. Esdra. 7. omnes ad Dei cultum impensas liberalissimè tribuit, & Sacerdotibus ac Leuitis immunitatem concessit. Alexander Magnus quamuis iratissimus Ierofolymam raperetur, visum tamen Iaddum Pontificem Sacerdotibus ac Leuitis comitatum ex equo defiliens supplex veneratus est,

est, in templo regia dona obtulit, & multis priuilegiis Iudæorum gentem ornauit, vt fusè narrat Iosephus II. Iudaicarum Antiquit. libro cap. 8. Et Ioannes Zonaras tom. 3. Annal. Attila tyrannus S. Leoni Pontifici obuiam factus mitem se ac pacificum præbuit. Proinde rectè S. Ignatius Antiochenus Episcopus & martyr, ait Epistola ad Smyrneses: Honorate sacerdotium secundum Christum, & post hoc honorare oportet etiam regē. Sacerdotium enim summa est omnium honorum, qui in hominibus consistunt, quod si quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Iesum Christum primogenitum totius creatura, & solum naturæ principem sacerdotum Dei.

Supremus honor sacerdotii.

§. Atq; vt hoc de Sacerdotum honore præclare censuit S. Ignat. B. Ioannis Apostoli discipulus, ita & optime iudicauit B. Clemens, & S. Petri successor & S. Pauli discipulus, lib. 2. Apostolicar. constit. cap. 33. Si de parentibus secundum carnem ait Scriptura Exod. 20. v. 12. Leu. 20. v. 9. Matt. 15. v. 4. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt bene sit tibi: qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: quanto magis de patribus spiritualibus verbis Dei moneamur, honore & caritate eos prosequi, vt beneficos & ad Deum legatos, qui nos per aquam Deo regenerauerunt Spiritu sancto impleuerunt, lacte verbi Dei aluerunt, & doctrina alimento nutriuerunt, monitis stabiliuerunt, corpore salutari, & pretioso sanguine nos dignati sunt, nobisq; peccata remisserunt, & sacrosancta Eucharistia participes fecerunt, ac promissionis Dei confortes, ac Christi heredes constituerunt. His igitur reuerentiam adhibentes omni eos genere honorum afficite: siquidem hi potestatem vitæ ac mortis a Deo acceperunt, in iudicandis iis, qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis sempiterni, & iis, qui se ad recte viuendum conuertunt, absoluendis & viuificandis.

Sacerdotes spirituales parentes.

§. Vnde & graue supplicium sæpè sumpsit Deus Haud impudenter de Sacerdotum Vexatoribus, vt de Maria Num. 12. v. ne sacerdotum murantem contra Moysen, quam percussit lepra, ungeret.

pra, de Dathan & Abiron seditionem commouentes aduersus Moſen & Aaron, quos viuos ſubitus terræ hitatus abſorbuit Num. 16. v. 31. & eorum complices vorax ignis abſumpſit. Ibidem v. 47. Hinc S. Ioann. Chryſ. libr. 3. de ſacerdotio. Qui noui, inquit, teſtamenti ſacerdotes deſpiciunt, magis mihi rei quã Dathan & Abiron videtur, dignique maiori ſupplicio. Quoniam & illi eſt indebitum honorem uſurpare voluerunt, tamen magnam habuerunt miniſterii ipſius exiſtimationẽ, cuius ſe velle fieri participes vel temeritate docuerunt. Hi verò quanto huic officio multum honoris acceſſit, & in gloriam promouit altiſſimam, tanto ex aduerſo, quam Dathan & Abiron atq; auſu maiore delinquunt. Neq; n. aquale peccatum eſt, indebitum honorem velle peruadere, & q̄ tam magnũ eſt audere deſpicere, ſed tanto grauius eſt iſtud illo quantum diſtat inter ambitum & deſpectum. Haetenus B. Chryſoſt.

§. Oſias Rex volens Sacerdotum munus offerendo incenſum ſibi uſurpare lepra diuinitus percuffus eſt 2. Paral. 26. v. 16. vſq; ad 22. 2. Machab. 4. v. 24. 34. 38. Sed & Menelaus necatus eſt. Ibidem c. 13. v. 4. ad v. 9. Menelai viri nequiſſimi & ſummum ſacerdotium ambientis inſtinctu Andronicus Regis Antiochi Praefectus Oniam optimum Iudæorum Pontificem contra iuſiurandum dolo interfecit. At Rex accenſus animo Andronicum purpureo exutum, per totam ciuitatem iuſit circumduci, & in eodem loco in quo in oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente poenam. Praecipit Deus Pf. 104. v. 15. ne ſibi ſacra vnctioe dedicati injuria violẽtur. Nolite, inquit, tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Et Deut. 17. v. 12. legem tulit Dominus: Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo ſuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, &c. B. Greg. Turonicus l. 5. hiſt. Franc. c. 36. & ex eo Baron. Anno Dom. 183. Funẽſta, inquit, morte ex hac vita abreptus eſt Nantinus Comes Engolimenſis, qui cum in ſancta loca Deiq; miniſtros multa ma' a patraſſet à dyſentoria morbo corripitur. §. S. An-

§. S. Antonius Abbas ipsos Presbyteros ac Sacerdotes in sum-
ma veneratione dicitur habuisse, solitusq; eisdem caput submir-
tere, benedictionem captare; & pro magno beneficio ducere, si
accepisset. Profecto sanctus vir haudquaquam tanti benedictione
Sacerdotalem fecisset, nisi per eam sanctiorem se fore cognouis-
set. Benedici à Sacerdote voluit, vt benedici à Deo mereretur,
non in sola vita sua integritate confidens, sed aliunde spiritua-
lia sibi subsidia comparans. Athanasius in vita eiusdem Sancti
Antonii.

§. Similiter B. Franciscus maximo semper honore Sa-
cerdotes profecutus est. Dicere solitum tradunt: Si cui Sancto-
rum è caelo in terram lapsus, & cum illo simul sorte Sacerdoti oc-
currisset, prius se Sacerdotis manibus osculum daturum, dein-
de reuerentiam facturum sancto: plus debere illi significans, qui
Christi & Apostolorum vicem in terris gereret, quam illi, qui
iam cum Christo regnare nosset.

§. Neque propter virtutum præstantiam boni, sed
propter officii dignitatem etiam honorandi sunt ma-
li. Idcirco ait S. Ambr. non merita personarum consideres,
sed officia Sacerdotum. Et, si merita spectes, Eliam consideres:
Petri quoque merita spectato, vel Pauli; quia acceptum à Do-
mino Iesu hoc nobis mysterium tradiderunt. Rectè & Nico-
laus Papa ad Michaelem Imperat. vt habetur 1. quest. 1. c. 87.
Non quales Sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquã-
tur, est vobis magnopere præuidendum: nec in Vicariis S. Pe-
tri Apostoli vobis est attendendum, quid sint; sed quid pro cor-
rectione Ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Nec illos
inferiores dicetis Scribis & Phariseis sedentibus super cathedram
Moysi; de quibus Dominus praecepit, dicens: Matth. 23.
v. 1. 2. 3. Quaecumq; dixerint vobis facite, &c. Ergo Imperator
considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi
sedebant; quanto potius qui super cathedram Petri resident esse
existimes obediendũ. Et Leo Papa IX. contra Michaelem Con-
stantinop. cap. 34. Quicumq; Sacerdotes, etsi dispares sint meri-
to, pares tamen sunt officio; nec potest denegari pro merito, quod
debetur

debetur officio. Alioquin non staret sacerdotium, si maius aut minus fieret, seu variaretur secundum humanorum varietatem meritorum: essentque pene tot Sacerdotia quot homines.

Externa S.

Trinitatis

tra indi-

ca.

§. Quod improbi Clerici propter Sancti sui muneris geitionem summoperè honorandi sint docet S. Chrylostom. hom. 85. in Ioannem. Est inenarrabilis spiritus gratia, & multiplex donum. Hoc autem fit, ut intelligas Patris, & Filii & Spiritus sancti vnum donum, & vnam esse potestatem: qua enim Patris propria, eadem & Filii esse & Spiritus sancti videntur. Quomodo ergo: Nemo venit ad filium, inquit Ioannis 6. v. 44. nisi Pater traxerit eum? Sed hoc filii esse ostenditur. Ego, inquit, Ioannis 14. v. 6. sum via, nemo venit ad Patrem, nisi per me. Vide & hoc idem Spiritus esse. Nemo potest dicere Dominum Iesum Christum, nisi in Spiritu sancto 1. Cor. 12. v. 3. Et iterum Apostolos aliquando à Patre, aliquando à Filio, aliquando à Spiritu sancto datos Ecclesie, & diuisiones gratiarum Patris, & Filii, & Spiritus videmus esse communes, 1. Cor. 12. v. 4. 5. 6. Omnia ergo faciamus, ut Spiritum sanctum habere possimus: & qui eius gratiam affecti sunt, eos quantumuis reuerentia colamus. Magna enim dignitas Sacerdotum: Quorumcumq; remiseritis, inquit Ioannem 20. v. 23, remissa sunt peccata. Quamobrem Paulus dicebat. Hebr. 13. vers. 17. Obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, ut maximum habeatis honorem. Tu enim rem tuam curas, quam si bene ordinaris, nulla tibi alia sollicitudo impendet. Sacerdos si vitam disposuerit, tuam autem non diligenter curauerit, cum impiis in gehennam detrudetur: & nonnunquam non propriis actionibus, sed nostris damnatur, nisi omnia que ad se spectant efficiat. Cum igitur periculi magnitudinem videatis multos in eius benivolentia prosequamini: quod & Paulus significauit, dicens Hebr. 13. v. 17. Ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: idcirco maxime colendi sunt. Quod si in malis abitis, neq; vestra bene disponetis. Quoad enim bono & malo. imo est gubernator, etiam nauis securi sunt: si iniustus

h

his esse ceperit, & molestè ferre, neq; itidem vigilare, neq; ar-
 tem exercere poterit, & inuitus molestusq; multis eos malis af-
 ficiet: ita & Sacerdos, si debitum à nobis cultum sibi praestari
 viderit, rectè nos gubernare poterit: si afficietis morte manus
 eius debilitantes, simul vobiscum fluctibus, etiam si maximi a-
 nimi sit obiicietis. Intellige quid de Iudeis inquit Christus Matt.
 23. v. 2. Super cathedram Moysi sedebunt Scribae & Pharisei, om-
 nia quaecunq; dixerint vobis, facite. Nunc non est dicendum,
 super cathedram Moysi, sed super cathedram Christi sedebunt
 Sacerdotes. Eius enim acceperunt doctrinam. Quare Paulus
 inquit, 2. Cor. 5. v. 20. Pro Christo legatione fungimur, tan-
 quam Christo exhortante per nos. Nonne videtis seculi princi-
 pibus omnes subesse, & saepe genere, vita, & prudentia potiori-
 bus deteriores preponi? Nihilominus principis, qui eos prepo-
 nit, reuerentiam, nihil, quales illi sint, cogitant. Quod si homo
 aliquem constituerit, tantus subit metus: si Deus quem consti-
 tuit despiciamus, maledicimus, innumeris afficimus contume-
 liis: & cum fratres nostros iudicare prohibeamur, Matth. 7. v.
 1. Rom. 2. v. 1. contra Sacerdotes linguam acuiimus. Quanam
 hac digna excusatione, cum in oculo trabem non videmus, fe-
 stucam in proximi oculo acrius censemus? Matt. 7. v. 3. Nescis gra-
 uius te tibi iudicium praescribere, cum ita alium iudicas? Hac
 dico, non quod indignos ad sacerdotium assumi probem, sed mi-
 serescens, & lachrymans. Non enim propterea à subditis iudi-
 candi sunt, etiam si malè & vitiosè viuunt. Tu autem si
 tibi consules, nihil in his qua illis commissa sunt offendes. Nam si
 asinam loqui fecit, & per vatem benedictiones spirituales largi-
 tus est, & in muto ore, & lingua immunda Balaam, propter
 offendentes Iudeos operatus est: Num. 22. v. 28. & c. 23. Num.
 8. & seq. multò magis propter vos fideles, etiam si prauis sint sa-
 cerdotes, Deus omnia per eos perficiet, & mitteret spiritum san-
 ctum: neq; enim pura mens propterea propriam puritatem a-
 mittit, sed gratia omnia operatur. Omnia, inquit, vos, siue
 Paulus, siue Apollo, siue Cephas. Quicquid enim conatur Sa-
 cerdos

Sacerdotes
in Christi so-
lio resident.

Aptum ex-
emplum.

DEVS per
malos ope-
ratur sa-
cerdotes.

Sacerdotes S. Trinitatis instrumentum.

cerdos ſolius Dei donum eſt; & ubi humanam exercet ſapientiam, minor illius gratia apparet. Neq; hoc dico, vt pigrius uiuamus, ſed ne pigre, qui uobis prepoſiti ſunt, uiuentibus, uobis commiſi aliquando mala uobis comparetis. Et quid Sacerdotes dico? Neq; Angelus, neq; Archangelus quicquam in hijs qui à Deo data ſunt efficere poteſt: ſed Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus omnia facit. Sacerdos & linguam & manus præbet, neque enim iuſtum eſt, propter alicuius malitiam ad ſalutem noſtram accedentes offendi. Quibus omnibus conſideratis, & Deum timeamus, & eius ſacerdotes maiorem in modum ueneremur, vt & noſtris operibus, & illis honore exhibito à Deo multam accipiamus remunerationem, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri gloria, ſimul & Spiritus ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

CAPVT XX.

ECCLESIASTICVS PVBLCO AC
notorio uacare debet crimine.

Immane ſacrilegium indignos ac ineptos promouere ad ſanctos ordines

§. Clerici non ſint grauiore flagitio vel ſcelere cõtaminati, non triſtiore nota inſigniti aut aliqua infamia aſperſi. Tit. 1. v. 6. 7. Si quis ſine crimine eſt. Oportet ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorẽ, 1. Tim. 3. v. 10. Diaconi miniſtrent nullum crimen habentes. Nam vt ait Dominus Matth. 5. v. 13. Si ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum ualet ultra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Et rurſum Matth. 6. v. 23. Si lumen quod in te eſt, tenebra ſunt, ipſa tenebra, quanta erunt.

Qualis crimẽ à S. ordinib; reiciendũ.

§. Apoſtolus 1. Timoth. 5. v. 22. Manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis. S. Hieron. in cap. 58. Iſaiæ. Non enim, inquit, peccatum leue mittere margaritas ante porcos, & dare ſanctum canibus Matth. 7. v. 6. & ordinationem clericatus, nequaquam ſanctis & in lego De: doctiſſimis, ſed affectis ſuis tribuere, & uilium officiorum